



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

2. Consideratio loci.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

cordis & vocis coniungendus est actus corporis, eâ ma-  
nitate ac deuotione, quam eadem ceremoniæ & ru-  
bricæ Missæ postulant. Nihilominus ad primam hanc  
partem, seu exercitium, quod supponitur vt principale &  
essentiale, seu basis & fundamentum, necessaria sunt, &  
conducunt nonnulla alia, ad hoc, vt illud primum maiori  
cum deuotione peragatur. Et quamuis sacrosancto  
mysterio Missæ, vt etiam benè aduertit S. Bonaventura, *S. Bona. in  
nihil addendum, nec minuendum sit*, hoc tamen, vt idem *expos. Missæ*  
innuit, intelligendum est vocaliter: nam eodem tempo-  
re Missæ mentaliter, idque magnâ cum laude & fructu,  
exerceri possunt varii actus interni, voluntatisque affe-  
ctus, iuxta varietatem mysteriorum & Sacramentorum,  
quæ in ea pertractantur. Supposito hoc principio,  
tanquam certissimo: è re erit exercitium aliquod men-  
tale, vt, nempe, ante Missam nonnullas nobis efformem-  
us considerationes.

## CONSIDERATIO I.

PRiUSquam des initium venerando Mysterio Missæ, *Considera-*  
tione & profundè considera, quòd vocaris? vt agas *tio Finitis*.  
cum Deo, cum sanctissima Trinitate: in nomine Christi,  
sanctissimæ eiusdem Matris, totius Ecclesiæ Trium-  
phantis, simul & Militantis: de negotio quodam gra-  
uissimo & summi momenti: de gloria Dei: de salute  
Mundi: & nonnisi sub titulo Legati Christi D.N. Undè  
dicere poteris cum Apostolo: *Pro Christo legatione fun-* *Ephes. 6.*  
*gor in catena*; nimirum, Crucis instructus armis.

## CONSIDERATIO II.

ALtatis locum, in quo celebrandum est, compones,  
imaginando tibi, altare esse montem Caluarie, in  
medio illius plantatam Crucem cum Christo crucifixo.  
& pedi Crucis astantem Beatissimam Matrem eius Vir-  
ginem Mariam. Ulterius repræsentabis tibi cælum seu  
Paradisum apertum, nec non Sanctum, aut Sanctam il-  
lam, de qua isto die celebratur Missa, speciali gloriâ &  
splendore coruscantem. In gradibus supra altare situm  
Pars Quarta

erit Purgatorium. In coram Evangelii stabit Summus Pontifex cum toto Statu Ecclesiastico, & in coram Epistolæ Imperator cum toto Statu sæculari. Reus sacerdotem prope pedem altaris stabunt omnes peccato mortali obnoxii, Gentiles, Hæretici, mali Christiani. Sub altari constituetur Infernus pateas, cunctos peccatores, quotquot Sacrificii nõ sunt facti participes, absumpturus. Et in profundiori Inferni loco cõtemplabitur ipsum, ob peccata tua illuc condemnatum. Adhuc in facies sacratissima quinque vulnera Crucifixi in medio altaris positi, veluti quinque fontes ad irrigandam fecundandamq; preciosissimo suo Sanguine vtramq; Ecclesiam mortalium simul & vuentium. E sinistro pede stabitis fluidi quendam Sanguinis promanentem, salutem peccatorum: è dextero alterum, in salutem gloriam animarum purgatorii: è manu dextera alium, salutem Summi Pontificis & Ecclesiasticorum: è manibus sinistra alium, in salutem Imperatoris, aliorumq; Dominorum temporalium. Ac deniq; Sanguine è latere Christi profluentem in cœlum vsque suspiciens salientem, in gloriam sancti ss. Trinitatis, Humanitatis eiusdem Christi, Sancti ss. Mariæ Virginis Mariæ, cunctorumque Sanctorum & Angelorum cœlestium. Undequaque Sacramentum hoc virtutem suam diffundere conspicies: in cœlum ad ima Inferni nõ descendit vlla vis Sacramentum in salutem istarum infelicium & miserarum animarum. Cum hoc igitur ordine rogabis in duobus illis *Memento* Missæ, pro peccatoribus, pro iustis, pro animabus Purgatorii, pro Gloria Dei & Sanctorum, dicendo: *Gloriam, Domine, Sanctitatem, & Gloriam humillimè cõtingit: Gratiam peto concedi constitutis in peccato mortali: Sanctitatem Statui Ecclesiastico & sæculari: Gloriam essentialem animabus Purgatorii (& hoc fiet in Memento pro mortuis) & accidentalem toti cœlesti Curia.*

### CONSIDERATIO III.

*Consideratio Circũstant.* Considerabis in super ante Missam hæc quinque *permodò offeratur sacrosanctum Missæ Sacrificium, Quis offerat: Principalis offerens est Christus, & non*